Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25968
Copyright: Admont, Benediktinerstift



43

inquantum potest, p dei amore agere satagit. Et inde humanas laudes ñ appetit. s; eternam solummodo remunerationem desiderat. Hec ē religio munda et immaculata. quam religionem in nobis augeri in oratione hodierna postulamus. Sequitur. Audistis quia dictum ē antiquis. ñ occides. qui autem occiderit reus erit iudicio. Ego autem dico vobis. quia omnis qui irascit fratri suo. reus erit iudicio. Quid ē ira. Ira ē ulciscendi libido. quę diu adhuc in corde hominis repit. nec p ūba nec p aliquod indicium unde agnosci valeat foris ostenditur. Vbi enim ira tam. era in corde occulto iudicio homo in seipso punire valet. Vnde ē quod hic dr. reus erit iudicio. Tribunal quippe nimis debet ēscendere. et se ipsum ante statuere. et p occulta ira semetipsum districte iudicare. dicēs dno in oratione. dimitte nobis debita nra. et in tali iudicio culpa quę p ira contracta ē expiabit. Sequitur. Qui autem dixerit fratri suo racha. reus erit concilio. In pori versu ira quę tantum in corde ē celata pnotat. in isto autem versu ira quę p sonum vocis aliquantulum pdit demonstrat. racha enim sonus est vocis. ira et indignationem mentis exprimentis. Et quia hec ira talis ē. ut ex sono vocis paululum ira quę latebat aliis apparet. ñ sufficit ut tantum hunc homo suo iudicio punat. s; hec ira ad concilium referenda ē. Concilium ē conventus iudicantis ecclę. Nam quia ira aliquantulum pcessit. et inde scandalum videntib; venit. necesse ē. ut ad ēventum iudicantis ecclę ad iusticiam magistri referat. ut culpa quę p sonum vocis innotuit. etiam p verba magistri punat et corrigat. Sequitur. Qui autem dixerit fatue. reus erit gehenne ignis. Quis hec dni verba secdm literam posset observare. Si enim omnes quia fratri suo fatue dicerent. rei ēent gehenne ignis. quis posset salvus fieri. quia